

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 6797

**Auteur(s) :** Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

**Bénéficiaire(s) :** Woburn, Sainte-Marie (abbaye, abbé)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1156-1159]

**Lieu d'émission :** Rouen

**Action juridique :** confirmation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Concession du manoir de Woburn à l'église de Woburn, et confirmation des autres possessions de cette église.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° CXIII, t. 1, p. 217-219.

## Dissertation critique

Sur la datation de cet acte, voir DELISLE/BERGER, Recueil des actes de Henri II, t. 1, p. 218.

Texte établi d'après a

H., rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, justiciis, baronibus, vicecomitibus, ministris et omnibus fidelibus suis totius Anglie, salutem. Sciat me concessisse et in perpetuam elemosinam confirmasse Deo et ecclesie de Woburna et monachis de ordine Cisterciensi ibidem Deo servientibus totum mancium de Woburna, quod Hugo de Bolebec eis in elemosinam dedit, et locum in quo ecclesia illa fundata est, et omnes alias donationes et elemosinas et possessiones suas que eis rationabiliter date et facte sunt, sicut carte et scripta donatorum et fundatorum ecclesie sue testantur: Ex dono Hugonis de Bolebec totum predictum manerium de Woburna cum omnibus pertinentiis suis et nominatim cum illa virgata terre que vocatur Baghehella. Ex dono Radulfi Pyrot totam terram quam de feodo ipsius tenent, sicut carta sua testatur; et totam terram quam tenent ex dono Hugonis de Lucellis, cum tota terra quam de eodem feodo tenent de Willelmo de Lucellis; et totam terram quam tenent ex dono Willelmi de Flitt.; et totam terram quam tenent ex dono Stephani de Pulocheshella; et totam terram quam tenent ex dono Piroti Binnuon; et totam terram quam tenent ex dono Henrici de Pulocheshella; et totam terram quam tenent ex dono Walteri de Caisneto, cum communi pastura ville sue de Pottesgrava. Quare volo et firmiter precipio quod ecclesia de Woburna et monachi predicti hec omnia predicta et omnes alias elemosinas et possessiones suas habeant et teneant in perpetuam elemosinam in pace et libere et quiete et honorifice, sicut donatorum carte et scripta testantur, cum soca et saca et toll et team et infangenethef, et cum omnibus aliis libertatibus et liberis consuetudinibus et quietanciis suis, quietas de sciris et hundredis et placitis et geldis et danegeldis et auxiliis et assisis et scutagiis et murdris et omnibus querelis et omnibus rebus, solutas et quietas ab omni seculari servicio et exactione.

Testibus : Philippo Baiocensi et Arnulfo Lexoviensi episcopis, et Thoma cancellario, et Frogero archidiacono, et Ricardo de Humez conestabulario, et Roberto de Novo Burgo, et Warino Filio Geroldi camerario, et Magnassero Biset dapifero, et Waltero de Herefordia, et Roberto de Donest[anvilla].

Apud Rotomagum.